

debito concedit, non minus quam si expresse dedisset: cum inter æquales censeatur idem tribunal, tam in foro exteriori, quam interiori. nec enim id derogat auctoritati iudicium, ut successor primi Episcopi, Papæ, vel Regis corrigat sententiam à prædecessore datā, quando sub est, aut declaratur noua causa. Multo iustius quando non esset facilis recursus ad Primum confessarium lōge distante, aut carcere vel censura impeditum, potest secundus ex causa commutare. Sic etiam penitens ex concessione tantum confessarij potest sibi cōmutare, vel per alium implere penitentias iniunctas. Tutius fit penitentiarum cōmutatio, quando Bulla Cruciatæ aut religionis aut Iubilæus indulget indulgentias, cum absolutione à penitentiis iniunctis, & non impletis, & designat opera ieunij & orationis, in quæ cōmutentur: sic enim communiter viuis conceduntur indulgentiæ de iniunctis. Hæc ille. Por lo qual procuré los ministros con todas sus fuerças que los naturales tomen la Bulla, de la sancta Cruzada, pues tatos bienes spirituales configuen en tomarla, y en aprouechar se della, como arriba diximos en la aduertencia. 4.

¶ Pre